

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

XLIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

Vale & quam cito poteris, rescribe. Iterum vale, Præceptor amantissime. Paravio postridie Conversionis Pauli, Ao. 1536.

*Tuus ex animo,*

Damianus. A. Goes.

XLIV.

*Clarissimo Viro, D. D. Nicolao Gerbelio, JC. Domino*

*suo tanquam Patri honorando. Argentorati.*

*S. D. P.*

Quum hic juvenis nostras ad vos iter & paulò post reditum ad nos instruisset, colendissime Gerbeli, nolui eum sine epistolio, quo te salutarem, discedere. Sollicitus semper sum de valetudine tua & sæpe illam tibi prosperam opto. Fazit DEUS Opt. Max. ut nobis ac optimis literis & pietati imprimis semper utilis & saltem *regni diuinitus* aliorum ad extremam incolumis senectam pervenias. Tomus primus historia animalium nostræ intra paucos menses absolvetur, & jamdudum absolutus esset, si ego præsum continua scriptione assequi potuissèm. Quod si tibi vacaret, posses tu quoque aliquid in hoc argumentum præstare, sin minus, ut per amicum aliquem quod desidero, mihi efficias, per amicitiam nostram te rogo. Audio Monocerotis cornu servari inter Ecclesiæ vestræ Episcopalis thesauros. Hoc mihi describi, quantum & quale sit, curiosa & exquisita descriptione, si fieri potest, vehementer cupio & quando & quomodo illuc pervenerit? Qualis sit ejus substantia, laxa, mollis, dura, solida, &c. quod pondus, sitne aliquis odor & sapor, qui color intrus forisque, quæ figura? cavumne an solidum? Desidero etiam imaginem, quam adductis alius pictor carbone in exigua charta delineet. Non dubito, quin impetrare hoc possis, si modo coneris. Id si feceris in meam gratiam, non credis, quanta me sis latitia perfusus. Nondum enim exulta est in opere meo historia Monocerotis, in qua multa difficilia & obscura reperio. Percipio quidem te commemorare in Catalogo eruditorum hominum, per quos profeci, in fronte operis præfigendo. Vale in Domino. Tiguri, 1537. Februarii die 17.

D. Dasypodium & D. Dryandrum Hispanum & D. Herlinum officiosè ex me salutabis.

*tuus ex animo solus*

Con. Gesnerus.

XLV.